

Quintiani (Quinziani), Lucrezio. Cantica Deiparae Virginis octo vocibus concinenda . . .  
Venezia, Angelo Gardano. 1591. RISM Q115.

**Title:**

D. LVCRETII QVIN-  
TIANI CREMONENSIS  
ORDINIS CISTERCIENSIS  
CANTICA DEIPARAE VIRGINIS  
Oêto Vocibus concinenda:  
Quibus etiam in fine Canticum vnum Quarti  
Toni Duodecim Vocibus decan-  
tandum adiunçtum est,  
Tum omnis generis Instrumentorum,  
tum ad vocis modulationem  
accomodata.  
Nunc primum in lucem edita.  
[Printer's mark]  
Venetijs Apud Angelum Gardanum.

---

M. D. LXXXI.

**Dedication:**

ADMODVM REVERENDO | INGENVARVMQVE ARTIVM MAECENATI | D. D.  
GERVASIO DE ALDIS INTER | Cistercienses Abbates conspicuo Patronoq; suo  
Colendiss. | F. Lucretius Quintianus pariter Cisterciensis. | S.P.D. | [orn.] |

*MVſicas aliquas lucubrationes, Pater amplifîme, in lucem prolaturus, vtrum | nè illas  
sub tuis aufſpicis emitterem diù animus fluētuauit mens; Cogitabam | eternim in primis,  
me nusquam pati debere, tui ipsius memoriam apud me | frigescere, quem omnes velut  
numen aliquod terrenum fufcipiunt, & reue-rentur, neque te vterius infalutatum  
relinquere, in quem ceteri pleno ore | certatim laudes congerunt; Contrà verò verebar,  
me in huiusmodi nuncu-patione plus multo molestię quam oblectationis tibi allaturum  
fore; cum ea | ſis natur, vt malis laudum tuarum testimonia in precordijs hominum deli-  
| tescere quam linguis versari; neq; ex eorum ſis numero, quibus aures inanibus  
præconiorum fumis | pruriunt, & titillantur; attamen vicit cupid rationem, meq; inuitum  
hoc recufantem munus, tuus | in me amor, & mea in te summa beniuolentia tandem  
expugnauit; Si autem percontaris quorū | hic labor meus, audi; Ad laudes pertinet  
Sacratissime Deiparae Virginis, sub cuius tutela, & Clypeo | nostra Cisterciensis societas à  
primordijs vſq; suis honorificentissime degit; At dicet fortasse quispiam, | quoſque laudes  
haſce tuas extollis, ſi Virginem ipsam amiçtam sole, ſtellisq; coronatam ſuper cho-ros  
Angelorum perpetuò illam collaudantiuam, federe, nemo eſt qui neſciat? quid vltra?  
(ſubdet) te la-tet forſan adeffe tot alios, ac propè infinitos feliciores, ſpeçtat eq; virtutis  
intellec̄tus à quibus prætioſe œquè, ac immortales laudum Coronæ eiusdem Virginis  
diuinitati dicari in dies magis proſpiciuntur? Respondi; Beatissimam illam Dei*

*genitricem tanti facere exilem flosculum à quo quis demisse con-|ditionis homuncio eidem,  
sincero affectu condonatum, quanti prætiosiores margaritas sibi a potentio-|ribus larga  
manu oblatas; Igitur humilem hanc meam corollam (ne dicam præclarum diadema auro |  
peregrinisuè lapillis egreggiè compositum) varijs flosculis in oœto latissimis, ac virentibus  
musicæ pra-|tis, præ viribus meis, selec̄tis, intextam altissimoq; eius numini (te meo  
præcipue duce) elargitam, | edere non dubitaui; facile mihi ipsi suadens, illammet,  
qualemcumque se exhibeat, ceteris alijs illu-|strium virorum coronis in aspēctum ipfius  
Virginis coruscantibus, si non venustatis splendorisuè in-|crementum, saltim nec  
detractionem induc̄turam esse; Hocq; ob ipfiusmet corolle versiculorum fio-|res, quos  
inter verbum & verbum deuotissimi vltro ac suauiissimi eiusdem Virginis cantici hisce ver-  
nis inuentutis meæ diebus, mihi conserere fas fuit. Tu deniq; vir præstantissime tenue hoc  
meum, amo-|ris testimonium lœto animo suscipe, maiora nanq; in posterum studij &  
obseruantia signa me tibi da-|turum policeor. Deus te incolumen seruet totius nostræ  
Cisterciensis familiæ decus ac splendor. |*

*Amplissime ac multum Reuer. Paternitati tuæ | Deditissimus Idem F. Lucretius Quintianus  
Cisterciensis. |*

### **Epigram:**

D. IVSTI MORBII MEDIOLANENSIS  
Epigramma de Aūtore.

[column 1]

*Nunc tibi Castalides plādunt, nunc pulcher Apollo  
Totus ouans laudes pandit vbiq; tuas.  
Te Flacci iam plēctrā canunt, te musa Maronis.  
Te decorat virtus; teq; Minerua colit.  
Harmonicos modulos, qui composuère celebres  
Te, modulosq; tuwo laudibus vsq; ferunt.  
Doctrinam, variumq; melos ad sydera tollunt,i*

[column 2]

*Concentumq; tuum saxa mouère probant.  
Nam quos cantores coluit delusa vetustas  
Exuperas cantu Musice docte tuo.  
Felix, o nimium felix Cistercius Ordo,  
Qui te Pieridum gaudet habere ducem.  
Quisq; tuum nomen studiosus, doctus, honoret.  
Te resonet, laudet, cantet, ad astra ferat.*

**Index:**

INDEX.

Magnificat 1. Toni  
 Magnificat 2. Toni  
 Magnificat 3 Toni  
 Magnificat 6. Toni  
 Magnificat 4. Toni  
 Magnificat 5. Toni  
 Magnificat 7. Toni  
 Magnificat 8. Toni  
 Magnificat Quarti Toni | Duodecim Vocab.  
 FINIS.

**Contents:**

Magnificat Primi Toni [all verses]  
 Magnificat Secundi Toni [all verses]  
 Magnificat Tertiij Toni [all verses]  
 Magnificat Quarti Toni [all verses]  
 Magnificat Quinti Toni [all verses]  
 Magnificat Sexti Toni [all verses]  
 Magnificat Septimi Toni [all verses]  
 Magnificat Oêtaui Toni [all verses]  
 Magnificat Quarti Toni Duodecim Vocabum [all verses]

**Part-books:**

ALTVS	E-F <sup>4</sup>	16pp. Dedication. Epigram. Index.
BASSVS	G-H <sup>4</sup>	16pp. Dedication. Epigram. Index.
BASSVS 2. Cho.	P-Q <sup>4</sup>	16pp. No Dedication. Epigram. Index.

**Remarks:**

Quarto format. Copies consulted: I-LOcl, Rvat (microfilm). RISM Q115.